Iesu Christo. / Tres itaque formae, sed una potestas.

Nam sapiens retro semper deus edidit ex se, per quod semper erant gignenda saecula, verbum, et quando eodem solo suae sapientiae verbo universam ex nihilo formavit creaturam, cum eo erat, cuncta suo archana componens mysterio. Igitur perfectis caelorum virtutibus et universis terrae materiis, pio sapientiae suae nutu ad imaginem et similitudinem suam primum de limo terrae fingens hominem, hunc in paradiso posuit voluptatis; quem antiquus serpens et hostis invidens, diabolus, per amarissimum ligni vetiti gustum exulem ab eisdem effecit gaudiis, eoque expulso non desinit sua venenosa multis modis protelare iacula, ut a via veritatis humanum abstrahens genus idolorum culturae, videlicet creaturae et non creatori, deservire suadeat, quatenus per hos eos, quos suis valuerit inretire insidiis, secum aeterno afficiat concremandos supplicio. Sed deus noster, misertus plasmae suae, dirigens sanctos suos prophetas, per quos lumen futurae vitae, adventum videlicet filii sui, domini dei et salvatoris nostri Iesu Christi, adnuntians, misit eundem unigenitum suum filium et sapientiae verbum. Qui descendens de caelis propter nostram salutem natus de spiritu sancto ex Maria virgine, verbum caro factum est et habitavit in nobis. Non amisit,

---

Pseudoisidor. Lang- und Kurzversion:
40. Iesu Christo] christo iesu $C_3\,C_4$. 41. sapiens — deus] deus semper sapiens C_4. 42. per] *vor* gignenda $C_5\,C_B$. semper] *fehlt* C_4. 44. suo] sua $C_5\,C_B$. archana] archano C_4, arcana C_B. mysterio] mysteria $C_5\,C_B$. 42. erant] erat $C_5\,C_B$. 52. quatenus] quatinus $C_4\,C_5$. hos] hoc $C_4\,C_5\,C_B$. 53. valuerit] voluerit $B_O\,C_5\,C_B$. afficiat] efficiat C_B. 55. adventum] ad adventum C_4. 56. adnuntians] annuntians, *korr. zu* annuntiaret C_4. 57. unigenitum suum filium] filium suum unigenitum $C_3\,C_4$.

Anselmo dedicata:
42. per] *vor* gignenda. erant] erat. 44. suo] sua. mysterio] mysteria. 46. et] et si *B*. 52. quatenus] Quatinus. hos] hoc. eos] *über d. Zeile nachgetr. B*, *fehlt V*. 53. valuerit] voluerit. 56. adnuntians] annuntians. 58. ex] et *B*.

Coll. XII partium:
40. Iesu Christo] christo iesu. 41. sapiens — deus] deus semper sapiens. 42. semper] *fehlt*. 44. archana] archano. 47. posuit voluptatis] voluptatis constituit. 50. multis modis] multimodis. 52. quatenus] quatinus. hos] hoc. 53. valuerit] voluerit. 55. adventum] ad adventum *Be*, adddventum *Ba*. 56. adnuntians] annuntians. 57. unigenitum suum filium] filium suum unigenitum. 58. ex] et. 59. in] fehlt *Be*.